ACHIAS

DIPTERORUM GENUS

A FABRICIO CONDITUM;

ILLUSTRATUM NOVISQUE SPECIEBUS AUCTUM

ET

CONVENTUI

PHYSICORUM GERMANORUM

OBLATUM

A

CHR. RUD. GUIL. WIEDEMANN

MED. ET CHIR. DOCTORE

REGI DANIAE A CONSILIIS STATUS IN ACADEMIA KILIENSI PROFESSORE

PLUR. SOC. LITER. MEMBRO.

Cum tabulis lithographicis duabus

KILIAE HOLSATORUM

TYPIS CHRIST. FRID. MOHR.

1830.

3. *Zygothrica dispar* mihi.

Fuscana, abdomine flavo maculis atris, pedibus flavis. Longit. lin. 1¼ ♂ ♀. Ex Brasilia. Tab. II fig. 2 a. femina, fig. 2 b. caput maris, fig. 2 c. antenna.

Caput fuscum, feminae multo latius; oris margo paullum reflexus, pallide flavus. Antennae flavidae, apicem versus seta plumata instructae. Thorax flavido brunneus. Abdomen laete flavum, macula singuli segmenti atra; harum macularum prima antice profunde emarginata lateribus rotundata; secunda et tertia late trigonae, apice antrorsum directae et valde truncatae; sequentes maculae multo minores. Alae apice fuscanae; halteres et pedes dilute flavi.

Tabulae secundae, quam a Webero Berolinensi incredibili cum diligentia pictam, ad illustrandas duas novas Achiidarum species addidi, *Diopsin brevicornem*, ab eodem artifice pictam, fig. 3. inserui, quam novam speciem nuper *Thomas Say* Philadelphia mihi transmisit, sub nomine *Achias brevicornis*, quae vero cum ob abdominis formam generi Diopsis, adnumeranda est, tum etiam in scutello et in thoracis lateribus spinas illas habet, quae omnibus ceteris speciebus generis Diopsis communes sunt. Descriptionem eius vide in libri mei, de dipteris extraeuropaeis vernacula lingua conscripti Volumine II p. 563., ubi alteram quoque novam speciem generis Diopsis, ex insula Iava allatam, descriptam p. 560 et icone illustratam Tab. 10. fig. 4. invenies, quamque ad Dalmanni Monographiam addes. Non solum lineamentis alarum singularibus, sed etiam spinarum scutelli et thoracis brevitate insignes sunt, et exemplar ex America septentrionali allatum, cuius iconem proponimus, foveolam oblongam (in tabula nostra pulcherrima satis conspicuam) in basi abdominis habet.

Tab. II.



Walter pinx.
[illegible] lith.